



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

91. An si quis peccavit cum muliere habente votum virginitatis pro prima copula, & non ultima, teneatur explicare tactus, & oscula post copulam cum ipsa sequuta? Et dubium est, an oscula & tactus, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

gundez, vbi dicit percussione grauem etiam sine effusione sanguinis afferre illam malitiam grauem sacrilegi explicandam: pro qua citat Nauarrus, Sylvestrum, Henriquez, & alios, qui id minime dicunt: loquuntur enim expresse de homicidio, aut vulnere cum sanguinis effusione. Et quidem cum non inueniatur Ecclesiæ prohibito circa hoc, nisi in illis duobus casibus: absque fundamento extenditur ad illud tertium de percussione abesse effusione sanguinis. Hac Lugo, & post illum Marchinus, qui ponens casus, in quibus violatur Ecclesiæ, sic affectit de *Sacram.* Ordinis tract. 3. part. 3. cap. 10. num. 7. Dico, Ecclesiam multis pollo. Et primò per homicidium voluntarium iniuriam, d. cap. proposisti de consecracione Ecclesiæ, distinx. 1. Vnde excipitur homicidium casuale factum ex stultitia, factum in propria vita defensionem cum moderatione inculpata tutela, & quando vulnus infictum est extra Ecclesiam; quamvis mors in Ecclesia sequatur: secus si vulnus etiam si sanguinis effusione fit intra Ecclesiam; quamvis mors extra Ecclesiam sequatur: polluit Ecclesiæ ha; quia causa homicidij efficax fuit intra Ecclesiam consummata. Quod si aliquis existens in Ecclesia alium foris existentem scelop occidat, non polluit Ecclesiam: quia non consummatur actio extera occisionis in loco sacro, sed extra illum: quamvis à loco sacro progrederi; non est tamen spacio in intra illum facta. Secus dicendum, si quis existens ex extra Ecclesiam, aliquem intra Ecclesiam occidat scienter: quia iniuria facta est Ecclesiæ, & eadem doctrina est applicanda ad casum effusionis sanguinis, intra, vel extra Ecclesiam factæ. Violatur etiam Ecclesia per suspendium factum intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam, teatum, aut ad Ecclesiæ parietes exteriores: non tamen sententia Iudicis intra Ecclesiam per suspending aliquo polluit Ecclesiam; secus dicendum de occidente Martyris intra Ecclesiam, que ex parte persecutoris fuit iniulta, & Ecclesiæ iniuriosa, & idem non violat Ecclesiæ consueto carnium, & ossium fuisse, ene, baculo, sine sanguinis effusione, quando non est mortifera, seu quando mors actu non sequitur, non polluit Ecclesiam secundum Nauarrum in *man.* cap. 27. numero 256, & omnes Doctores. Ratio est, quia Ecclesia polluitur vel homicidio, vel sanguinis effusione, quorum neutrum hic interuenit. Quinimodo Suarez d. sect. 4. docet, contusionem inferentem mortem, factam intra Ecclesiam, dummodo mors in Ecclesia non sequatur, non illam violare: quia genitrix nec ibi interuenit sanguinis effusio, nec homicidium eius diem, quod sequitur extrâ locum sacram. Quam opinionem probabilem vocat Fagundez d. c. 14. n. 13. quamvis ipse in Nauari sententiam descindat, quam ego etiam iudico probabilem hac ratione: quia, nec mors sequatur extra Ecclesiam, tamen causa efficax illius fuit intra Ecclesiam consummata, quod sufficit ad Ecclesiæ violationem, cum illa actio fuerit Ecclesiæ iniuriosa, & mortem per se inferens.

3. Secundò, polluitur Ecclesia per voluntariam sanguinis effusione cap. si Ecclesiæ, de consecr. distinx. 1. Vnde excipitur effusio sanguinis in modica quantitate: quia effusio magnam quantitatem significat. Secundo, excipitur effusio iocosa, etiam in magna quantitate; quia per istam nulla Ecclesia granis iniuria infertur, & vniuersaliter, nisi percussio facta, sit ita grauis, ut ad culpam lethalem accedit, minimè violat Ecclesiam. Tertiò, excipitur effusio sanguinis etiam lethifera, seu grauis, & in magna quantitate; quæ de nabo proflueret pugno, alapa, & similibus: quia natus est organ-

num sanguinis facilè ab hac parte fluentis, vt post nabo, in Ref. alios dicit Graffius de c. aureor. lib. 2. cap. 48. num. 1. not. præc. 25. Quartò, excipitur percussio grauis facta pugno, alapa, virga, baculo intra Ecclesiam, ex qua nec vulnus, nec mors, nec sanguinis effusio oritur: seq. & in to. 2. à vñf. Ita Fagundez. & 9. tt. 1. Ref. lat. tamen Ecclesiam. Ita Fagundez, in quibus vñf. 133. mis verbis clare nostram sententiam docet; vide- licet percussione de qua loquimur non esse sacrilegium, vnde hanc circumstantiam non esse in confessione explicandam: quam sententiam tenet etiam Leander de *Sacram.* tom. 1. tract. 8. diff. 8. §. 4. q. 6. qui etiam q. 8. notat (non vt dixit Marchinus *obi su* prà) quod non committit sacrilegium, qui existens in Ecclesia, alium foris existentem, telo, aut scelo occidit.

4. Quia non consummatur peccatum, nec actio occisionis in Ecclesia sed extra illum. Secus autem dicendum, si quis existens extra Ecclesiam, aliquem intra Ecclesiam occidat scienter: Quæ doctrina applicanda est ad casum effusionis sanguinis intra, vel extra Ecclesiam factæ.

R E S O L . X C I .

An si quis peccauit cum muliere habente votum virginitatis pro prima copula, & non ultima, teneatur explicare tactus, & oscula post copulam cum ipsa sequata?

Et dubium est, an oscula & tactus, que copulam subsequuntur, nouam aliam malitiam continant, & in confessione ob hanc rationem explicari debeant?

Et notatur delectationem, aut gaudium de copula habita immediatè post illum, nouam malitiam non addere, neque in confessione necessario explicandam. Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. Refol. 4.

5. 1. **D**ubium est, an oscula, & tactus quæ copulam subsequuntur nouam aliam malitiam continant, & in confessione ob hanc rationem explicari debeant vel eandem malitiam habent, quam præcedens copula habuit, & ita non sit necessarium illum in confessione explicare? Nouam malitiam continente in confessione explicanda, affirmat Suarez disput. 22. de pænitent. sect. 5. Vñfquez tom. 4. in 3. part. disput. 92. dub. 5. num. 55. Coninch disput. 7. de pænitent. dub. 7. Magis placet opposita sententia, affirmans eandem malitiam cum copula præcedenti continere, & ita in confessione non esse necessariò explicandam. Ratio est: quia huiusmodi actiones, quando ex intentione operantis ad aliam copulam non ordinantur, prout immediate post copulam exercita, pertinent ad accidentalem consummationem actus præcedentis, seu copula præhabitæ, post quam valde connaturaliter sequuntur.

2. Hanc sententiam ego olim docui, & docent Doctores, quos adducit, & sequitur me etiam citato Leander de *Sacram.* tom. 5. tract. 5. disput. 8. Ref. 119. & in §. 6. quest. 8. quibus addit Ouidium c. 2. D. Thom. tract. 6. contron. 5. punet. 3. §. 8. num. 6. & Sanchez in select. disp. 6. num. 3. addens id esse verum, etiam si magna intercesserit interruptio temporis inter copulam, & consequentia ad illum: dummodo ad alia negotia, qui committit fornicationem, non se diverterat, sed in eodem statu & situ permaneat, detinens feminam ad deosculandum illum, & colloquendum: vel si forte femina discessit, ex utriusque conuentione, expectet redditum ad iterum deosculandum.

Kk 2. landum

landum illam. Sic ille, sed hoc additum non approbat Castrus Palauis tom. 1. tract. 2. de peccatis disp. 3. punct. 3. n. 4. & 5.

3. Vr̄cū difficultas est in casu proposito, quā pertractatam non facile apud plures inuenies, & est nimis curiosa, nam prima facie videtur affirmatiū respondendum: quia tactus precedentes, & ipsa copulam habuerunt malitiam contra votum, tactus verò sequentes cùm iam supponant virginitatem sublatam, atque adē votum cessasse, non habent eam malitiam: ergo non sunt idem peccatum cum precedenti copula, & tactibus precedentibus illam, & ad illam ordinatis, & habentibus eam malitiam; quia quæ non sunt eiusdem rationis specifica, nec physicae, nec moralis, non videntur posse coalescere in actum individuum unius speciei moralis; ergo tanquam alterius speciei debent seorsim p̄cipentes confiteri, quæ difficultas haberet locum siue ordinentur ad novam copulam ob pollutionem, siue non, sed sola intendatur duratio voluntatis suscepta; de qua diximus; siue enim uno, siue alio modo fiant, carent iam malitia contra votum, & in hoc differunt specie a precedentibus, & copula, quæ eam habuerunt malitiam. Hæc ipsa difficultas haberet locum in casu, quo quis accederet ad conjugatum, & interim dum durat in eo peccato, manitus moreretur illius feminæ: tactus enim, & turpitudine sequens iam incipit carere malitia adulterij: atque adē in eo casu non videntur posse esse viñum individuum peccatum propter eandem rationem. Idem quoque habet locum in opinione facti communis, & D. Thomas, quod copula cum virgine, etiam conséntiente habeat malitiam stupri; qui enim copulam habuit cum illa, & adhuc perleuerat in subsequentibus tactibus continuatis, non videtur contrahere malitiam stupri: atque adē non esse eundem actum cum precedentib⁹ copula, & tactibus ob eandem rationem,

4. His tamen non obstantibus puto supradicta osculam, & tactum non debere explicari in confessione, quia supposito quod in materia luxurie tactus sequentes; componant viñum actum cum precedentibus, & copulam, etiamsi ille actus viñus habens plures partes quæ ad aliquas partes careat illa malitia voti, adulterij, aut stupri, si quo ad alias talis malitia reperiatur, non obstat, quo minus absolute dicatur ille actus stupri, adulterij, aut sacrilegij, & partes posteriores, in quibus illa circumstantia non reperiatur non posse per se constitutere aliud individuum peccatum in specie simplis fornicationis, quia constituent propter viñum moralē cum precedentibus viñum individuum, & malitia speciei simplicis fornicationis est illa, quæ reperiatur in actu, in quo aliae inordinaciones non reperiuntur, sed sola ratio copulae naturalis: alioquin non esset simplex fornicatio; Cū ergo actus ille, qui est viñus moraliter habeat absolute alias inordinaciones, non censem propter eam caretiam malitiae contra votum, quam solum habet in aliqua parte illius, simplex fornicatio, sed etiam adulterium, vel stuprum, vel voti castitatis, seu virginitatis violatio, quæ malitia absolute, & simpliciter in eo reperiatur: atque adē sufficiet dicere se commisere tale stuprum, adulterium, aut copulam cum habente votum nulla facta distinctione, aut separatione, aut mentione tactuum sequentium, tanquam distincti peccati. Et ne in aliena vicina arate videar, hanc sententiam tenet, & omnia superius docet doctissimus Dicathillus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 8. q. 2. num. 461. cui ego libenter adhæreo.

Super con- 5. Nota hic obiter contra Suarez, & Nauartum,

delectationem de copula habitam immediate post tem- illam, noram militiam non addere, neque in con- fessione esse necessariò explicandam, quod appro- bat Lugo disp. 16. de penit. sect. 14. Ratio huius esse potest, quia talis delectatio tantum est permanencia quædam moraliter continua cum actu, quo homo voluit habere copulam, & cum delectatione quam ex illa sumpsit. Ita tenet me citato Leander qu. 9. & Oniedo n. 61. Itaque dicendum est, delectationem, aut gaudium de fornicatione habita, quæ statim post copulam habetur, non esse in confessione explicandum, quia reuera vnus facit peccatum moraliter, cum copula precedentem: nec affert malitiam diversam in specie: cum in ipso etiam act. copula fuerit delectatio de illa præsentis, quæ nullo modo differt in specie à delectatione, quæ lequitur statim post copulam, de illa præterita, & ita etiam tenet Cardinalis Lugo de penit. disput. 16. num. 555.

RESOL. XCII.

An vir, qui prima vice virginitem amisi, tem- tur hanc sui floris circumstantiam in confessione ap- rire? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 10.

§. 1. A Liqui, vt notat Nugus in addit. ad 2. part. tom. 2. q. 9. art. 2. dub. 3. con- clus. 5. affirmatiū respondent: quia etiam vir in illo actu amittit quandam integritatem naturalem, & formaliter amittit ipsam virginitatem, hoc est, vi- tum virginitis, & speciale quandoam gloriam, quæ appellatur laureola virginitatis; que omnia amittit irreparabiliter in æternum. Hæc autem vide- tur maximum nocementum super omnia documenta temporalia. Ergo tenet vir talem circumstantiam in confessione explicare.

2. Sed contraria sententiam, veram esse indico cum Llamas in sum. part. 3. cap. 8. §. 17. Azorio part. 3. lib. 3. cap. 11 quæst. 2. Filluci tom. 1. tract. 29. cap. 3. num. 71. Henriquez lib. 2. de Penit. cap. 8. num. 1. Suarez in 3. part. disput. 2. 2. sect. 4. in circumstantia, Quid. Nugus ubi supr. & cum aliis communiter. Ne- que obstat argumentum in contrarium, nam si verum esset, probaret etiam, primum peccatum commissum à suceptione Baptismi, plurimum augeri à circumstantia innocentia baptismalis per idem amissi; & idem explicandum esset in confessione: quod nullus docuit. Videatur Caetanus in 2. 2. q. 15. 4. art. 6. Sed difficultas consistit, an idem dicendum de virgine, idem queritur.

RESOL. XCIII.

An virginis, quando sponte primo fornicans, ut- neantur in confessione istam circumstantiam explicare?

Et an peccatum virginis, si sponte consentiat, siue siue non sit sub cura tutorum, aut parentum, non sit peccatum stupri, sed simplicis fornicationis; & ita ista circumstantia non sit in confessione aperienda. Ex quod inferatur. Et recte, quod virgo, quæ morose de- clatur circa aliquem, non tenetur in confessione aperi- rire circumstantiam virginitatis, & dicere se, cum esset virgo, delectationem de iuvene suscepisse, etiam si virgo se polluat cogitando super illum.

Secundo inferitur iuueni, qui morose delectatur de vi- gine sine timore voluntate inferendi ei violentiam, sufficeret, si dicat in confessione, se delectationem ha- buisse, circa faminam solitam.

Idem dicendum est, si cum virgine copulam habuit,